

9.  
2.  
ingenuis  
mala ten-  
eruta aco<sup>r</sup>e sic  
cor<sup>r</sup> n<sup>r</sup> siliudo  
et q<sup>r</sup> affectus cor<sup>r</sup>  
e locus et regio  
cior o<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> rōm  
ta aia locali<sup>r</sup> n<sup>r</sup>  
ubi et siliudo corp<sup>r</sup>  
ocu<sup>r</sup> ac excellen-  
tia aia exuta  
ico ataq<sup>r</sup> daphna  
y<sup>r</sup> ubi ang<sup>r</sup> cona  
locus cor<sup>r</sup> si solu  
z loco/ cū g<sup>r</sup> aia  
loquitur n<sup>r</sup> sit cor<sup>r</sup>  
corp<sup>r</sup> q<sup>r</sup> recedu  
emancipat ap<sup>r</sup> nos  
uo patet aia se  
distr. e siliudo cor<sup>r</sup>  
eo. xii. lib<sup>r</sup> daphna  
de hoc cor<sup>r</sup> exiunt  
n<sup>r</sup> puro spualem  
et subdit q<sup>r</sup> ad  
loca penalia sita  
u<sup>r</sup> nobis uidere  
fini. et daphna res  
sic se huius n<sup>r</sup> ipsa y<sup>r</sup>  
z siliudo cor<sup>r</sup> et ex  
alio cor<sup>r</sup> u<sup>r</sup> d<sup>r</sup>  
diminu<sup>r</sup> qui sit loc<sup>r</sup>  
n<sup>r</sup> ang<sup>r</sup>. meos li  
1. sepe deuina ca<sup>r</sup>  
m<sup>r</sup> et iactuerit alio  
cui et infimales pe-  
ipis gerent sili<sup>r</sup>  
ferri et talia sili<sup>r</sup>  
ut aia ec<sup>r</sup> coopeas  
cor<sup>r</sup> luit n<sup>r</sup> bro<sup>r</sup> q<sup>r</sup> p<sup>r</sup>  
e ambulare ut sede  
volatu<sup>r</sup> s<sup>r</sup> q<sup>r</sup> sine  
fit/ et subdit q<sup>r</sup> p<sup>r</sup>  
ros gerit aia n<sup>r</sup> ca  
d<sup>r</sup> esse si cor<sup>r</sup> ca  
ra o<sup>r</sup> lori v<sup>r</sup> et sili<sup>r</sup>

Princ<sup>r</sup> et uoluntati nulli enim dubium est p<sup>r</sup> iapi  
n<sup>r</sup> m<sup>r</sup> m<sup>r</sup> aia si siliudo lapidis ut m<sup>r</sup> dea<sup>r</sup> f<sup>r</sup> d<sup>r</sup>  
q<sup>r</sup> p<sup>r</sup> m<sup>r</sup> l<sup>r</sup> et agn<sup>r</sup> com<sup>r</sup> pot ap<sup>r</sup> se aia h<sup>r</sup> sili<sup>r</sup>  
cor<sup>r</sup> sic ea<sup>r</sup> m<sup>r</sup>to magis p<sup>r</sup> ut ad p<sup>r</sup> spectat  
p<sup>r</sup> h<sup>r</sup> h<sup>r</sup> e p<sup>r</sup> aspectum et posse<sup>r</sup> aia p<sup>r</sup> stat<sup>r</sup>  
et mala que sic z affecta corpori et cor<sup>r</sup> lib<sup>r</sup> rebz  
ut q<sup>r</sup> se cor<sup>r</sup> l<sup>r</sup> et sili<sup>r</sup> p<sup>r</sup> ut p<sup>r</sup> de illo diuine  
qui portatus inueni dicebat q<sup>r</sup> p<sup>r</sup> alrah<sup>r</sup>  
sinai Lazaru<sup>r</sup> in inge extre<sup>r</sup> dig<sup>r</sup> su<sup>r</sup> in  
aqua et refrigerare illa aqua eius q<sup>r</sup> cruciat<sup>r</sup>  
illa alama/ ostet acce diuineni illi porta  
tum fuisse in his fin etiam n<sup>r</sup> fin cor<sup>r</sup>/ et tu  
sic loquitur ac si h<sup>r</sup> erat illa que z res corporal<sup>r</sup>  
et p<sup>r</sup> effigie p<sup>r</sup> et p<sup>r</sup> et aqua q<sup>r</sup> etia res cor<sup>r</sup>  
z q<sup>r</sup> g<sup>r</sup> aia diuines in id sibi ligata h<sup>r</sup> ido  
sangi potat q<sup>r</sup> ita erat allata et affecta ad  
res cor<sup>r</sup> ut sili<sup>r</sup> sibi h<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> organa tha  
be ligata/ si g<sup>r</sup> aia diuines dicebat h<sup>r</sup> illa aqua  
si n<sup>r</sup> potat q<sup>r</sup> illa et cor<sup>r</sup> potat n<sup>r</sup> ee sili<sup>r</sup>  
et h<sup>r</sup> habet em illa aia ap<sup>r</sup> se sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> tale  
ad q<sup>r</sup> affecta ita loquitur ac si h<sup>r</sup> erat cor<sup>r</sup> illa  
si n<sup>r</sup> illa dicas illi n<sup>r</sup> potat z cor<sup>r</sup> si sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup>  
p<sup>r</sup> p<sup>r</sup> r<sup>r</sup> ut u<sup>r</sup> alama illa in q<sup>r</sup> cruciabat  
n<sup>r</sup> erat cor<sup>r</sup> si alama illa erat sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> ignis  
in fin ut loc<sup>r</sup> in fin et sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> in fin q<sup>r</sup> in fin  
infirmitatis locus n<sup>r</sup> h<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> si sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> q<sup>r</sup> aie  
ibi existes n<sup>r</sup> ueras penas paciuntur si sili<sup>r</sup>  
penas/ huic etia o<sup>r</sup> iei<sup>r</sup> finis ang<sup>r</sup> q<sup>r</sup> et iei<sup>r</sup>  
nis ubi n<sup>r</sup> fin cor<sup>r</sup> si sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup> iei<sup>r</sup> finis si  
ut/ aie ueras penas et uera gaudia locau<sup>r</sup>  
i<sup>r</sup> q<sup>r</sup> m<sup>r</sup> quis s<sup>r</sup> opima dol<sup>r</sup> se asopmo uia  
lasse eo q<sup>r</sup> erat in gaudio/ et m<sup>r</sup> quis asop-  
no uigilans timer ruris abdormire ne des-  
miers r<sup>r</sup> s<sup>r</sup> ipius existat/ h<sup>r</sup> z q<sup>r</sup> ang<sup>r</sup> art  
li. eod<sup>r</sup> d<sup>r</sup> q<sup>r</sup> quibus si sit cor<sup>r</sup> si sili<sup>r</sup> cor<sup>r</sup>  
quibus aie exute acoib<sup>r</sup> afficiuntur sic uari  
rua lenitas et uia molestia/ sic p<sup>r</sup> in s<sup>r</sup> opina in  
quibus m<sup>r</sup> m<sup>r</sup> ucri m<sup>r</sup> ucri in cristib<sup>r</sup> sim<sup>r</sup>  
et subdit q<sup>r</sup> quida in s<sup>r</sup> opina i<sup>r</sup> rebz quas occupa<sup>r</sup>  
uerat s<sup>r</sup> sili<sup>r</sup> se euigilasse doluit/ et r<sup>r</sup> s<sup>r</sup>  
quida in s<sup>r</sup> opina gruibus t<sup>r</sup> rebz acq<sup>r</sup> crux  
rebz exagitata acq<sup>r</sup> uigat cū excep*at*  
dormire timuerit ne adead mala reuora  
r<sup>r</sup> iacuri/ sic g<sup>r</sup> in s<sup>r</sup> opina u<sup>r</sup> quis tristac cū

00 P. 2



Ug. 19, 2

D. O. M. A.  
Paucula — Hæc

D E

# Jurisdictione

Themata.

*EX CONSENSU AC PERMISSU  
Ampliss. J Ctorum Ordinis.*

P R A E S I D E


Clariss.º Viro,

Dn. Erasmo Ungepaury. u. D.

*Examini publico subjicit*

Quirinus Kubach Roslav. Thür.,

*Ad diem 7. Novembr. horis consuetis,*



Officium in honore

Author & Repondeur

J E N Æ  
TYPIS JOHANNIS WEIDNERI,

Anno cœc xii.

Clarissimus, Consultissimus, multoque rerum usu  
Experientissimus Viris,

DN. Christo-  
phoro Lappio, I. U. D. Per-  
illustrium ac Generosissimorum Comitum  
in Schwarzburg & Hoenstein, S. Rom. Imper.  
Quatuor Virorum Sondershusæ  
Consiliario.

Dn. Hermanno Bartholdi,  
Reverendissimi ac Potentissimi Principis ac  
Domini, Dn. HEINRICI JU LI, Postulati  
Episcopi Halberstadensis, Ducis Brunovicensis ac  
Lüneburgensis, Calenbergæ rationum  
Magistro.

*Dominis Patronis & Promotoribus  
suis perpetuò colendis,*

Juridici  
Ges  
Spes  
F. M. N.  
J. M. P.  
Mon. aut. Mixt.

In gratæ mentis symbolum  
Debitæ observantiaæ signum  
Studiorum testimonium

Offert ac dedicat

Autor & Respondens.

# THEOREMATA DE JURIS- D I C T I O N E.

# THESES. PRIMA.

Et sanè materia de Jurisdictione perquām difficilis & perplexa,  
dubia & obscura, propter miras & varias Dd. opiniones, quas  
in definitionum hujus materiæ constitutione, constitutarum ex-  
plicatione, & quæstionum, quæ his solent moveri, decisione  
habent, de quibus videre est apud Longovallum Antonium Vaccam,  
Loriottum, Muscornium, Muretum, Scipionem Gentilem.  
Vulteum, & alios complures ad h. t. in tantum ut Muretus juris no-  
stri interpres solertissimos hoc in tractatu cœcos & ineptos dicat, ut ma-  
xime in aliis fuerint satis docti & admodum acuti.

2: Interim tamen, quia est insigniter utilis, & ad disputandum perquam accommodata propter miram Dd. varietatem, libet (σὺν Θεῷ) paucula Theoremeta, & quidem potiora in medium de materia Jurisdictionis: ordine tamen non admodum concinno proponere.

3. Et ambigua verò cum sint affinia errori; Scal. Exerc. 148.  
fect. 4. & facile imponant dissentibus, Jurisdictionis autem vox óμόνυμη  
fit; ideo variae illius significations à nobis erunt adducendae: quia verò video  
hoc esse factum à Govean. ad Rubr. h.t. de Jurisd. Scip. Gent. Li. 1. c. I.  
d.t. Vul. l. 1. c. 12. I.R. & aliis; qua propter ne actū agere videar, illas omitto.

4. Varietas diversarum Dd. opinionum statim se offert in Jurisdictionis Etymologia. Alii enim illam à jure dicundo, Duar. Don. ad Rubr. d. t. Treutl. hic Disp. 3. vol. 1. th. 1. lit. a. cum ibi allegatis Alii à jure & ditione, gl. & Dd. inde est, quod legant alii Jurisdictionis magis, quam Jurisdictionio. Propriori verò cum sit textus satis clarus in L. I. tit. & Rubr. d. t. non putem facile ab illa esse divertendum.

s. Jurisdictionis nomen in proprio significatu vicissim duplice  
sumitur, & generaliter & specialiter, Bart. & Goveanus ad L. 3. h. t.  
Muscorn. de Jurisdictione n. 12. p. 5. Treutl. d. Disp. 3. thes. 1.  
lit. b.

6. In generali significatione continet sub se merum & mixtum Im-  
perium cum iurisdictione simplici, Br. d. l. 3. Muscorn. d. n. 12. Treutl.  
d. lit. b.

7. Interim verò non possumus diffiteri hanc rem quosdam Dd.  
satis fecisse controversam. 9. 1. 7. 7. - 1. 1. 1.

In Jurisdicione  
Gentil.

8. Alii eum jurisdictionem generalem omnimodò negant, ita ut  
de illa disputantem non absimilem de Centauris, Satyris, Purgatorio, &  
aliis fictis ac nullum esse in rerum natura habentibus, differenti dicant,  
tantum abest, ut jurisdictionem commune genus meri & mixti Imperii ac  
jurisdictionis agnoscant, ita scilicet Alciat. 2. parad. 8. Cujac. 21. obs.  
30. Obrecht. in disp. de Iurisd. th. 33. & th. 103. c. n. seq. Don.  
17. comm. 8. Vasq. illustr. contr. 1. c. 4. n. 2. Anton. Vac. ad Rub.  
h. d. à Treutl. d. disp. 3. lit. c. allegatus & alii.

9. Et quanquam hi negent, & ideo se non constringi ad sue af-  
fertionis probationem dicant; cum per rerum naturam negantis non sit pro-  
batio, l. 23. & ibi Dd. comm. C. de probat. l. 10. C. de non num-  
pec. & pro regula habeatur, Quod is, qui dicat, non qui neget, debeat  
probare, l. 2. ff. d. L. 23. C. d. t. Mascard. de probat. q. ult. n. 1.  
cum seqq. Don. de probat. c. 3. in pr. nihilominus tamen quedam fun-  
damenta, quibus & generalem & simplicem jurisdictionem in dubiam  
vocare solent, adducunt, quae ap. Obrecht. d. disp. de Iurisd. th.  
37. & 103. Don. 17. comm. 8. & alios in th. n. 8. enumeratos inveni-  
es; que quanti sint momenti, Muscorn. d. 1. Scipio Gentil. d. c. 2.  
Gadd. ad l. 99. de V. S. & c. s. de contrah. stipul. ostendunt & con-  
flictus docebit.

10. Pro generali jurisdictione varia & multa adducunt Gentilis,  
Loriottus, Muscorn. à n. 12. d. tr. & alii.

11. Omnes urgere video, l. 1. ff. de off. ejus cui mand. juc-  
ris. & verè quidem. Quæritur enim ibi an mandata jurisdictione etiam  
merum imperium transeat? sanè frustrà & ridiculè, si merum imperium  
non est jurisdictione. Quin frustrà est omnis rei restrictio & limitatio, ubi  
nulla ejus inclusio. At ex contra sentientium nulla est meri imperii sub  
jurisdictione inclusio. E. frustrà meri imperii, quoad jurisdictionem sit  
restrictio, in d. l. 1. in pr. At conclusio hæc absurdæ. Absit enim ut LL.  
quid frustrà posuisse asseveremus. Sunt enim sapientissimi, excelsi ingenii.  
S. 8. Inst. de fideicom. hæred. summi ingenii, l. 14. C. de sentent.  
& interloc. §. 13. Inst. d. t. At sapiens nihil facit frustra, semper enim  
movetur sine & omnia agit propter finem, alias ne sapiens quidem. E. ex  
præmissis una. Non Major. E. Minor.

12. Aliæ  
Item primi hanc flos sumus circa utrumque propriæ locorum sit, &  
ut Cicer. topi. 7. flos ruris sit in Grammatico, quoniam sit in fine  
conjugationis. & c. undevicti a non ad eam recte s. 3. f. & docet. quæ sit  
appellatio ad determinandos non in iustitia. Celsid. lib. 1. s. 18. Nichil igit  
quæ in Br. ibid. facilè dicti, de ruribus. Et non curare flos ut & illud, non  
quæ in Br.

12. Alia fundamenda adducit Muscorn. à. d. n. 12. Gentilis  
d. tr. Gædd. d. l. quæ non indigent nostra enumeratione.

13. Occasione hujus generalis significatus controvertitur inter Dd.  
Num quando princeps aliquem investit de Feudo, concedendo jurisdictionem, etiam videatur concessisse imperium meum? Negant hoc Iason in  
l. 3. de Iurisdict. Fabius Obtinellus referente Muscorn. Præd.  
n. Longovall. f. 237. Covar. pr. q. 1. n. 9. Gentil. l. 2. c. 13. Bronch.  
cent. 1. ass. 17:

14. Noscum Muscorn. n. 24. 25, pag. ( mihi ) 14. rem com-  
ponemus, omnia ex mente & voluntate concedentis estimantes. Quando  
ergo dicit, do tibi feudum cum jurisdictione; dicemus ibi non venire me-  
*Cur ista dicta  
mit Hackl  
54 - M.*  
rum imperium, Sondern die Erbgericht/Undergericht/ Muscorn.  
d. tr. n. 17. Arum. disp. 2. Pand. th. 2. Bronch. d. cent. 1. ass. 17.

15. Quando vero investitura inseritur haec formula, cum omni-  
moda jurisdictione, cum plenissima, libera, mit allen Gerichten vnd  
Gerechtigkeiten / ibi dicimus venire etiam merum imperium, quod no-  
stro idiomate dicitur, Die Ober gerichte / Peinliche Gerichte / Item,  
Halsgerichte / Blutband / Muscorn. d. n. 24. vers. solutis 25. &  
sequent.

*Consentit Dux* 16. Et quod cumulative, non vero privative concessa jurisdictione  
per 518. 99 verosimilius. Diss. Bidenbach. 1. 8. p. 14. - q. 1. 1.

17. Definitur vero varie jurisdictione generalis, ut videre est apud  
Govean. de Iurisd. Alciat. 2. dispunct. 21. Wesenbec. in Parat.  
hic post. pr. ita, ut tot sint sententiae, quot capita. Terent. in Phorm.  
& suis Rex Reginae placeat, suaq; sponsa sponso, Plaut. in Sticho.

18. Accursu in l. 1. verbo potest, de Iurisdict. rejicit Bart.  
& bene examinat Muscorn. d. tr. n. 4.

19. Alius est potestas ~~potest~~ statuendi ~~et~~ id de negotio, Vult.  
lib. 1. I. R. c. 12. ex re ultro plenarii publicus.

20. Baroni, est potestas jus dicendi, qua cum consentit Mus-  
corn. quam ponit d. tr. n. 10.

21. Treutleri th. 1. disp. 3. quam plures retinent, nescio an ex-  
aminata accuratius ad LL. bonæ definitionis subsistat: interim tamen uni-  
cuique suum relinquemus arbitrium, & illam approbanti non erimus dif-  
fices, ne forsan barbam leoni mortuo vellere, & ut pumiliones Herculem  
laceſſere videamur.

*qui illud sit negotium, locutionem, &c. 22. Hanc  
sententia, qui exigitur, non exigitur, nisi fundata sit iurisdictio.  
Ex hoc et tempore dabo e Juri dico - l. 1. ff. 1. Juri dicit  
videlicet Anna. Goffi p. 180.*

163. - p. 12. 8. rium, Vult. lib. 1. I. R. c. 12. n. 3.
22. Hanc vero duplēm faciunt jurisdictionem simplicem, & im-  
prium, Vult. lib. 1. I. R. c. 12. n. 3.
23. Est vero jurisdictionis specialis, jurisdictione in cause cognitione po-  
sita.
24. Non addo, cum potestate juris dicendi, quia illa satis includi-  
ingenere hujus finitionis autem.
25. Et quanquam hæc jurisdictione, & mixtum imperium, quoad  
exercitum & actum secundum concurrant, & ratione subjecti, cui in-  
sideruntur, sicut sunt, convenient, Vult. d. c. 12. n. 4. Treutl. d. disp. 3. th. 2. lit. e.
26. Hinc quæsum: An jurisdictione hæc simplex & mixtum im-  
perium semper in una & eadem persona morentur?
27. Affirmativa subscribunt Vult. d. n. 4. Duar. 1. disp. ann.
28. Quo posito, facile defenditur, Magistratum municipalem  
etiam habere mixtum imperium, ut qui jurisdictione instructus, Treutl.  
d. lit. b. th. 3. quicquid contra disputetur. *Liber. cap. 1. 204.*
29. Et hujus jurisdictionis potestatem seu licentiam dandi judicis  
hoc esse volunt, per l. 3. in fin. h. t.
30. Absoluta una specie ad alteram deveniendum.
31. Et hæc est imperium, quod jurisdictione in coēctione positum, Vult. lib. 1. I. R. c. 12. n. 7. pag. 69. quam habet & Treutl. d. disp. 3. th. 3. lit. a.
32. Est ergo vel merum vel mixtum, text. in l. 3. ff. h. t. l. ult. de  
offic. ejus. Vult. d. c. 12. n. 8. Wesenb. in parat. & Dd. communiter.
33. Merum putamus dici imperium, non quasi sit liberum, ita,  
ut quis pro libitu & ad libidinem facinorosos punire possit, quod sensisse vi-  
tium, vel clementiam, detur Alciat. in l. potestatis. 215. de V. S. Vasq. illustr. contr. 1. c.  
4. n. 2. pag. (mibi) 92. Non etiam quia sit vehementissimum, quod Go-  
tius sic dicit, ne venus voluit: sed respectu mixti imperii: Vult. d. c. 12. Treutl. d. disp.  
3. th. 3. lit. c. Vasq. illustr. contr. d. n. 2. d. pag.

34. II.

Hoc fera eos, si & mihi fecerint jurisdictionis partem estentiabrum, cum ea sit  
multo recens, cum eandem obseruat cum eisq. dicitur miseri, cum debili  
an jurisdictione mandata maneat. Et namque ad iustitiam adeo, ut non co-  
dicio usurpare negaret ad iustitiam abeatur.

34. Ut enim coercitio, cui semper annexa, iurisdictio specialis, dicitur mixtum imperium propter utriusq; commixtionē. Vult. d. c. 12. n. 14. l. 3. ff. h. t. ita quæ separata ab omni iurisdictione simplici non male dice- tur merum imperium, utpote, quæ nil habet commixtionis, est sine cuius- que rei mixtura, Vafsq. d. c. 4. n. 2. Vult. d. c. 12. n. 13.

35. *Proposita definitione nominali deveniendum ad ipsius rei erat:*  
*Hanc verò admodum reddit difficultem vari a Dd. d. l. 3. interpretatio &*  
*deteriorio.*

36. Alii enim nil minus admittunt, quam veram & essentialēmeri imperii definitionem in d.l.3: proponi Cuj.Bart.Alc.Walt. i.mis-  
t. 2. quorum fundamenta vide apud Walt. d.c. 2. Alii id affirmant  
Angelus Longov. concl. i. n. 13. Vafsq. ill. qq. d. c. 4. n. 2.

37. Et hi viciſſim in dupliſi ſunt diſcriſine. Quidam enim pro ve-  
ra & eſſentiali eam habent, Longov. d. n. 13. Treutl. th. 5. in prin-  
d. dilp. 3. & Dd. communiter, ad d. l. 3. Quidam habent quidem pro deſi-  
nitione; verūm quæ ſit, ex exemplo, non verò rei, natura & eſſentia  
Walt. d. c. 2. verūm ſufficiat nobis ipſum, Walt. d. c. 2. cum Boetio  
agnoscere, imò non propriè & Logicè rem deſcribi per exemplum, ut ſit  
nobis uon admodum accurate laborandum ſit de illius ſententia refutatio-  
ne, ut qui querimus de per definitione.

38. Definimus ergò imperium merum, quod sit poteſtas gladii ad  
animadverendum in facinorosos homines, Vlp. in d. l. 3. Vult. d. cap.  
12. n. 9. Cujac. 21. obf. 30. Vasq. d. c. 4. n. 2. in pr. Corras. 3. misc.  
17. n. 8. & Dd. communiter in d. l. 3. ſecuti.

17. n. 8. & Da. communiter in d. l. 3. juli.

---

39. De genere nostræ definitionis non sum admodum sollicitus propter authoritatem, JC. in d. l. 3. & quia scio hoc etiam illos, qui contra nos disputatione, non rejicere, & clare imperium potestatis verbo contineri, Paul. in l. 215. Ibique Gædd. de V. S, docet, ut sic facile corruiat una pars argum. sec. Walteri d.c. 2. contra nostram sententiam producti sc. in d. l. 3. non subesse verum genus.

III d. I. 3. non habeat verum genus.  
40. Tota difficultas in differentia, quam in voce Gladii & seqq.  
ponimus, quam non materialiter cum Muscorn. d. tr. n. 4<sup>1.</sup> & seq.  
accipimus, hactenus enim tantum una, & quidem summa meri imperii  
pars, quæ est vitæ, gladio ademptio denotatur, & sic nostra definitio clau-  
dicat, utpote nimis facta angusta contra quam Logici volunt, sed forma-  
liter pro quavis graviori animadversione, l. 6. §. pen. de offic. præsid.

c. dilecti. extr. dr sent. excom. Coraf. 3. mifcel. 17. n. 12. Zaf. Longoval. concl. 1. 9. 10. & 11, ubi etiam responderet Muscorn. quomodo etiam secunda pars argumenti secundi Walteri d. c. 2. ut & primum corruit.

41. Quod si cum Cujac. & Obrecht. de jurisd. c. II. n. 9.  
definire velis, id esse imperium ad animadvertendum in homines facinoro-  
sos lege datum ac definitum, arg. d. l. 3, l. 1. de offic. ejus. non admodum  
repugnabimus, modò vicissim nobis detur, Ulpiani in d. l. 3. non omni-  
nò pro rejicula habendum esse, ut quæ planè, quo ad rem cum hac & ali-  
orum Interpretum concidit.

42. Est ergo vel plenum vel minus plenum. Plenum est cum quis  
omnia, quae ad merum imperium pertinent, habet.

43. Minus plenum cum quis haberet partem aliquam imperii inerit, ut præses jus gladii & jus metalli, non tamen habet jus deportandi vel confiscandi, l. illicitas. 6. S. pen. de offic. præs. ibique Duar.

44. Ft hoc quidem non habuit privatus Hein. Suerin. in repet.  
prælect. c. 11. fac. 1. 3. de offie. præf. l. 1. de off. procons. sed solus  
Populus Romanae. Cl. 1. 1.

Populus Romanus olim Obrecht. d. tr. c. 6. n. 22. / 47. plurūm .  
45. Quid de Rectoribus Academiarum privilegiatarum? an ex ju-  
re civili hoc habent? Et est res hæc satis intricata, Bald. in Av. Habita.  
C. ne filius pro patre. n. 13. Vult. ad. l. 10. n. 21. C. ubi caus. fisc.  
id negant, quo de non dissentit Muscoru, detr n. 76. Diss. cap. l. v. 3. C.

46. Et causas meri imperii alteri mandari non possunt, d. l. i. l.  
nemo potest. de R. J. Muscorn. de jurisd. n. 31. Don. 17. comm.

3. p. 31. Obr. d. tr. c. 5. excepto casu absentiae, d. l. i. Gentil. de jurisd.  
3, c. 28. alii alios etiam ponunt, ut videre est apud Obrecht. d. c. 5. n.  
Muscorum p. 122 Gentil. c. 28. Salvi. i. 1. P. 122.

47. Unde recte de Legato Principis in vicinio. U. ill. 111.

47. Unde recte ~~de Legato~~ Principis in criminalibus illam subdele-  
andi facultatem adimunt, Menoch. qq. arbitr. 54. n. 3. Mnscorn.  
le jurisd. p. 126 & seq. Obrecht. d. 2. C. 1. a.

*Regula enim standum, donec constat de exceptione. Communiter Dd. At regula est causa meri imperii non posse delegari.*

egula est causas meri imperii non posse delegari, l. i. de off. ejus. l. 6. pr.  
ii. de off. præsid. E. At ablegabunt me, Scip. Gentil. 3. de jurisd.  
ag. 444. Gail. 1. obf. 67 n. 14. Guid. Pan. docif. 1. 1. 1.

ag. 444. Gail. 1. obi. 67. n. 14. Guid. Pap. decis. 524. & alii qui  
contra disputant, ad l. un. C. qui pro sua jurisd. at illam, si de causis  
elegeremus exaudiemus nescio an ab eis

Elegabilius exaudiam, necio, an aberrem, quomodo alii illam accipi-  
nt, hic non opus recensere.

Naam van zijn moeder niet bekend  
Familie bib. g. Sulv. 19.

48. Quid verò si Princeps illas ei delegavit? Et adhuc male dicere illum eas subdelegare non posse propter regulam, in d. l. 1, & quia hic textus deficit, absque quo tamen loqui erubescimus, N. 18.

49. De gradibus hujus imperii meri consulendi, Bart. Zas. Muscorn. Treutl. d. disp. th. 5. lit. c. & imprimis Callistratus in l. capitalium. in pr. ff. de poen.

50. Et in hoc mero imperio requiritur, ut quis non pro libitu & libidine agat cum criminoso, sed potius illi poenam, nisi circumstantiae aliud velint à LL. præstitutam imponat.

51. Hinc quæri solet: An scilicet hodie poenæ præstitutæ criminibus sint in arbitrio judicis posita? Ita opinatur, Gothof, in l. 131. §. 1. de V. S. Ibique Dd. negantum tamen sententiam veriorem putarem, ut quam defendit Gent. 3. de jurisd. 34. Gædd. in d. l. 131. §. 1. n. 7. s. Brabant. l. 14. f. 7.

52. Sed num etiam ad cadavera vel mortuos extenditur merum imperium? Ita omnino sentiunt Dd. ad d. l. ult. de sepul. violat. Dis sent. Angel. in l. 2. C. qui test. fac. ubi vehementer judges reprehendit, qui defunctorum corpora suspendi permittunt, fac. t. t. & l. 2. C. si reus vel accusat. Vide Sac. lib. 3. c. & Walp. f.

53. Mixtum exinde dicitur, quod jurisdictioni cohæreat vel insit text. in l. 3. ff. h. t. Obr. d. tr. c. 3. Treutl. d. l.

54. Variè verò definitur, ut videre est apud Bart. Muscorn. n. 152. de jurisd. & alios.

Hack. p. 51. - f. 55. Nos dicimus, id esse imperium, cui jurisdictione inest, jure magistratus proprio competens secuti, Obr. d. tr. d. c. 3.

Hack. p. 52. f. 56. Duos verò hujus possumus facere gradus, & ad unum referre ea, quæ magis sunt imperii, quam jurisdictionis, ut sunt missio in bonorum possess. incarceratio, mulctæ irrogatio, &c. ad alterum verò ea quæ magis sunt jurisdictionis, quam imperii.

57. Mixtum verò imperium habent magistratus, Obrecht, d. tr. capit. II.

58. Et hi quidem, neque sibi jus dicere debent, neque uxori, neque liberis suis, text. ad. lit. in l. 10. de jurisd. l. un. C. ne quis in sua caus. conscius Hack. dicit. p. 96. & Fim. p. 91.

59. Et hæc paucula theorematum jam propter temporis angustiam de hac materia difficile conscripsi sufficiat.

CH<sup>II</sup> CH<sup>III</sup> CH<sup>IV</sup> CH<sup>V</sup> CH<sup>VI</sup> CH<sup>VII</sup> CH<sup>IX</sup> CH<sup>X</sup> CH<sup>XI</sup> CH<sup>II</sup> CH<sup>III</sup> CH<sup>IV</sup> CH<sup>V</sup> CH<sup>VI</sup> CH<sup>VII</sup> CH<sup>VIII</sup> CH<sup>IX</sup> CH<sup>X</sup>

## COROLARIUM.

**A** Neadem pœna mandans, cum mandatario, qui delictum mandatum perfecit, feriendus, controvertitur?

**V**lius Clar. 5. Sentent. §. fin. q. 89. n. 1.  
docet, imò utrumque eadem pœna dignum; in tantum, ut licet maximè alias sua sponte delictum illud mandatarius perpetratus erat, adhuc tamen mandans teneatur. Et quidem ita decidit non sine causa. Nam ut homicida, seu mandatarius est in dolo, qui ad mandatum impium absque omni causa, nulla habita suæ etiam conscientiæ & Christianæ dilectionis ratione Titium interemit: ita etiam ipse mandans Titium occidi est in dolo. Et hinc est quod J.C. Ulp. in l. 15. §. 1. de siccari. cædis mandatorem pro homicida habet. Quid si statutum pro homicidio, furto, &c. pœnam morris imponat? Et post Bart. adhuc hoc affirmandum ait, addit. ad Claram d. n. 1. modò verba statuti in rem sint concepta, ut si dicat pro homicidio, furto, &c. pœna sit mors; ubi verò in personam statutum sit conceptum puta: Quicunque hominem occiderit, morte morietur, decidunt contrarium, & volunt mandatorem non eadem pœna cum mandatario adficiendum: fortè quia statuta sunt stricti iuris & propriè mandans occidi,

di, non occidat, nec enim modus rei est ipsares.

At hæc ratio valet utroque in casu, nam nec in alterius mandator propriè & Physicè occidit, ut sic semper alia pœnâ mandator, & alia mandatarius sit afficiendus vigore statuti contra quam ipsi admiserint. Ergo quomodo cumque statutum conceptum dicimus eidem pœnæ subjacere & mandatorem & mandatarium. Et hæc omnia verissima, si res in terminis mandati permansit. Gravius controvertitur, ubi fines mandati excederit mandatarius, quid juris statuendum? puta mandavit quem vulnerari, mandatarius occidit. *Menoch. cas. 352. n. 2.* adhuc eandem pœnam utriusque dicitur, quo de non recedit *Jul. Clar. d. q. 89. n. 5.* Alii contrà sentiunt, *Fach. I.*

contr. 36. Et est omnino in utramque partem disputabilis quæstio. Sciendum autem quibus in terminis hoc *Menoch. d. cas. & Jul. Clar. d. q. 89.* disputent, non in his ubi mandans voluit tantum alapam infligi, vel levi baculo verberari, & er soll ihm ein par Maulschellen zustellen von seinem wegen / oder er sol ihn ein wenig abschmieren/ hacten<sup>9</sup> enim & ipsi cum ab ordinaria pœna eximunt, si mandatarius contra mandatum Titum occidat; Sed hoc controvertunt, quod quis mandarit vulnus infligi, mandatarius verò fines man- <sup>cccc</sup> dati excedens eum occiderit? Et in his terminis mandatorem & quæ pœna l. *Cornel. teneri volunt, ac mandatarium, qui contra fines mandati illum occidit.*

Ethoc non leviter firmat *d. l. 15. fac. c. ex libera. c.*

*l. 39. §. 5. f. suscepimus de homicidio in d.* Et sanè cum vulnera non possint infligi ad mensuram, quod ajunt Dd., ut epuperatur. *ja. va. ejus testatur, & omnia penè lethalia sint, sic credimus* *hinc potest Iul. Clar. d. l. parùm abest, ut non videatur mandare* *causati mori. occidere quem, mandans tantum infligi vulnus.*

*Diss. Fm.*

*ga. i. ut in d. b.  
in culpa tunc lata*

*inquit Ganc  
3. €. 3. C.*

*SOLI DEO LAUS ET GLORIA.*

*contra l. 4. §. 1. f. ad L. Ca. et sic.*



## *Ad Dominum Respondentem.*

**R**omanos rerum dominos, Quirine, Quirites  
Tota ferè agnovit devicta hæc machina mundi;  
At nos Romanas LL. scrutamur, carum  
Nos majestatem Germani suspiciendam.  
Ad cœlos ferimus, quod & his testaris abundè  
Primitiis, subitò quas messis larga sequetur.  
Athletas fortes comitatur ubique corona;  
Et Te promeritum excipient mox præmia; Vates.

*Scripsit*

Ludwig Reinholdt.

**I**gnavum & stolidum pecus ardua quæque protervè  
Suggillat; nec enim ferre labore cupit.  
Non sic; Virtutis sudore sed itur ad aulam,  
Palmam victor ubi fert in honore sibi.  
Rectè ergò Quirine sapi, Ζητήματα docta,  
Qui jam proponis discutienda tuis:  
Namque hæc difficiili vigilique labore parâsti,  
Dum benè volvisti sedulitate libros.  
Pergere perge viâ hâc: quâ rectâ pergis honoris  
Ad culmen. Palmam pergere perge feres.

*Josephus Francus, Fr. Commens.*

**P**rælia facturus non duri tristia Martis  
Dum modò non turpi deseris arma fugâ.  
Munera tu præclarâ feres, & digna labore  
Inde tuo, mentisque inde parabis opes.  
Quas nec diyitiis Crœsi mutabis opimis,  
Non opibus Crœsi, delitiisque Midæ.  
Sic studium pertexe, & disce fideliter artes,  
Gloria sic studii nescia mortis erit.

*Herbodus Bartholdi Hannover.*

၂၃၃၇၉




100%

ignis pueri  
q[uod] n[on] posset uic[er]e  
corpus dicent  
iudicasti et  
ate sapiente  
cata cogit vix  
ut adigne i[n]t  
suo p[ro]p[ter]e igne  
mutato: uis  
epiat nifil' p[er]  
le ignis sic q[uod] d[icitur]  
coris locus o[n]i  
nus ac ut dicat  
modus exaudi n[on]  
main si d[icitur] infini  
ter esse / a[et]ernam si  
lic uide p[ro]p[ter]i  
placitum / ut am  
at[er] exultat a[et]er  
nitate autem cor  
p[er]fectio p[er]fici  
t[er]ra ut de qu  
o[ste]r[ia] t[er]ra t[er]ra  
callef[er]te / fau[or]a  
metere bina ex  
tructa et a[et]er  
augustini usq[ue] a  
ad loca certa  
dep[er]matu[m] n[on] s[ed]  
p[er]turbat[ur] q[uod] impa  
ctu[m] uertel[ur]  
aug[ustin]i uenit zada  
cōllegit h[ab]et d[icitur] e[st]o  
lo amplexu[m] s[ed] q[uod]  
paradisus at[er] q[uod]  
optim[us] sibi sic i  
miliendo cor  
excellit a[et]eribus



olente  
qñi u  
z pñ  
femittur pñcia h  
101em uclia p de  
dñpñmatoz. dicen

**Farbkarte #13**



D. O. M. A.  
Paucula — Hæc  
DE  
**Jurisdictione**  
Themata.  
*EX CONSENSU AC PERMISSU*  
*Ampliss. J. Ctorum Ordinis.*  
P R A E S I D E  
Clariss.º Viro,  
Dn. Erasmo Ungepaur J. u. D.  
Examini publico subjicit  
Quirinus Kubach Roslav. Thür.,  
Ad diem 7. Novembr. horis consuetis,  
J E N Æ  
TYPIS JOHANNIS WEIDNERI,  
Anno cœc XII.